



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 224

De crudelitate Neronis. Cap. XXVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29805

HAYMO DE CHRISTIA.

Scopatus sui anno. Clemens: Fuit autē ex veterō mā
tris suae sanctus, vīnū & siceram non bibit, animal nō
manducauit, ferrū caput eius non ascendit, oleo non
est perūctus, balneo non est vīsus nec laneo indumē-
to indutus, sed tantum sindone. Huius soli licebat in-
troire in sancta sanctorū, ubi genua flectēdo, incessan-
ter orabat, adeo ut ad modū camelī callos faceret in
genibus. Qui pro incredibili cōtinentia vitæ & iusti-
tia summa appellatus est Oblias, id est, munimētum
populi & iustitiae. Nec multo pōst oppugnatio cōse-
cuta est Vespasiani, ita ut & Iudaeorū prudentes hanc
esse causam crederent statim cōsecutæ oppugnatiōis
Hierosolymorum, quod in Iacobum iniecerint ma-
nus sceleratas, iustissimum & omniū cōfessione piissi-
mū virum, qui erat frater dñi, qui dicitur Christus.
Haymo: Ego vero magis opinor hoc eis cōtigisse,
quia in dominū Iesum cōmiserunt, ut quia clamaue-
runt, Sanguis eius supernos & super filios nostros,
tam in se, q̄ in suis successoribus cōtinua fere sanguini-
nis effusione punirentur. Interea Festus morīt apud
Iudaeam, cui successit Albinus Cæsare adiudicāte, Al-
bino Florus, cuius auaritiam & luxuriam cæteraque
flagitia non ferētes (Nam & honorabiles quosq; fla-
gris verberauerat, & nonnullos in sancta ciuitate pā-
ribulo suspenderat) aduersum Romanos rebellant.
Cuius rei occasione, ad debellādos Iudaeos magister
militiae Vespasianus transmittitur.

DE CRVDELITATE

Neronis.

Caput XXVII.

RERVM MEMO. LIB. III.

Nero crudelissimus impator, qui in tñ sceleris
pgressus est, quod & in matrē & in fratres &
vxores & om̄es sanguinis p̄ximos parricida
exitit, & incestus facit, Christianos maxime p̄sequit.

PETRVS ET PAVLVS SIM VL
coronantur. Cap. XXVIII.

Et Petrum & Paulum apostolorū duces & si-
gniferos, Iudeę populo dei in ipsa vrbe Roma
alterū quidē gladio, alterum crucis patibulo cō-
demnat. Et Petrus quidē capite demerso crucifigitur,
qd̄ rogauit, ne domino videretur adæquari.

DIONYSIUS Corinthior̄ episcopus: Qui non di-
uisivit diuersis temporibus, vt quidā vclunt, sed simul
in præfata vrbe docentes, uno eodemq; tempore am-
bo pariter martyrio coronantur. In quorum glorio-
sissimo fine, & nos huius secundi voluminis finem fa-
ciamus.

SODI HAYMONIS
EPISCOPI HALBERSTAT.

liber III. de diuisione ap̄for̄ per
prouincias. Cap. .I.



Erthis hic liber à diuisione apo-
stolorum sumit exordiū. Cum
ergo Iudæi debit̄ clādibus vr-
gerentur, apostoli domini cum
cæteris discipulis ad prædicandū
per prouincias diriguntur.

B iiiij